



**Commentariorvm, Ac Dispvationvm In Primam Partem
Sancti Thomæ Tomvs ...**

Complectens ad viginti sex Quæstiones priores, centum & septem
Disputationes in Capita diuisas

Vázquez, Gabriel

Antverpiæ, 1621

Dispvt. LXXIX. An Deus necessario velit omnia, quæ vult.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-80983](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-80983)

citur ita velle, ut non possit non velle: ergo cum negat hanc necessitatem voluntati Dei, significat voluntatem Dei ita libere velle creaturas, ut possit non velle, quæ est libertas quoad exercitium: quare cum docet voluntatem Dei necessario velle suam bonitatem, de necessitate etiam quoad exercitium loquitur. Fateor quidem, id non probasse, nec satis explicasse exemplo illo beatitudinis, quæ solum necessario diligitur quoad specificationem, hoc est, ita diligitur, ut nequeat odio haberi, aliunde tamen recte probari potest, ut in seq. disput. dicemus.

Secundo cum S. Thom. dicit, Deum necessario velle creaturas ex suppositione, observandum est, quid intelligat verbo illo, *Ex suppositione*. Thom. multa nonnulli suppositionem illam sic explicant, supposito, quod Deus se actu velit, tanquam finem aliorum, necesse est eum alia propter seipsum diligere: hoc autem modo sequitur solum Deum diligere vage has, aut alias creaturas necessario, non autem has, quas de facto diligit. Horum tamen interpretatio mihi non placet, quia S. Tho. non loquitur de creaturis vage, sed speciatim de ijs, quæ de facto creatæ sunt, easque asserit diligi à Deo necessario ex suppositione. Licet autem diligendo se tanquam finem consequendum, necessario sequatur eum diligere aliquas creaturas, quibus se velit proponere, ut finem consequendum: tamen non necessario debent esse hæc, quæ de facto productæ sunt. De his vero inquit S. Doctor necessario ex suppositione diligi à Deo; explicat autem se loqui de ea necessitate, quæ id, quod est, quando est, necessario dicitur esse, quæ dici solet necessitas ex suppositione: frustra igitur eius discipuli alio modo interpretantur illud, *Ex suppositione*, cum ipse expresse in litera textus se exposuerit. Cur vero hæc necessitas ex suppositione talis sit, ut iam voluntas Dei mutari non possit, vel cessare ab eo, quod semel ab æterno decrevit, cum tamen nos à nostra voluntate cessare possimus, tamen, quando volumus, necessitate suppositionis necessario velimus, colligitur ex ijs, quæ diximus q. 14. art. 15. & dicemus in hac quæst. artic. 7.

Tertio arguit Caietan. contra id, quod S. Tho. in hoc articulo docet, nempe nihil perfectionis accrescere bonitati Dei ex eo, quod ipse etiam diligit alia: videtur enim contrarium docuisse 1. contra gent. cap. 76. ratione secunda, ubi ait id perfecte desiderari, aut amari, quod secundum totam suam virtutem diligitur, virtus autem finis est non tantum propter se, & in se amari, sed etiam alia diligi propter ipsum, ergo quod creaturæ diligantur propter Deum, ad virtutem, & perfectionem ipsius pertinet. Respondet idem Caietan. hoc quodammodo pertinere ad perfectionem Dei, non secundum intensionem, ut inquit ille, sed secundum extensionem, hoc est, ut ex ponit Ferrar. cap. illo 76. secundum extrinsecam perfectionem, non secundum intrinsecam: quod enim finis in se, & propter se, & alia propter ipsum diligantur, non est aliqua ipsi perfectio intrinseca: extrinsece tamen quodammodo dicitur perfecti in ratione finis, hæc autem perfectio potius est creaturarum, quæ propter Deum volitæ sunt, quam ipsius Dei.

CAPVT I.
DISPUTATIO LXXIX.

An Deus necessario velit omnia, quæ vult.

Opinio Alexandri, S. Thomæ, & Bonaventuræ. cap. 1.
Voluntatem Dei necessario ferri in res possibili, libere tamen in res futuras probabilis est. cap. 2.
Notationes ad elucidationem doctrinæ superioris. cap. 3.

CAPVT I.

Opinio Alexandri, S. Thomæ, & Bonaventuræ.

Hæc unica disputatione breuiter complectar vniuersa, quæ Doctor Angelicus duobus articulis præcedentibus tradidit, in quæstione vero proposita certum est, & absque controuersia inter Doctores, Deum diligere suam bonitatem, non libere, sed necessario; id quod non solum debet intelligi de necessitate specificationis, sed etiam exercitij: an vero S. Tho. artic. 3. loquatur solum de necessitate specificationis, ibidem notatum est. Omnia autem ratione illius, quæ, ut ibidem diximus, vix aliud probat, quam necessitatem quoad specificationem, hac ratione alij videntur: cum Deus sit purus actus, debet semper actus seipsum diligere, & non quandoque diligere, quandoque non diligere. Verum tamen oportet rem hac efficacius demonstrare, nam etiam si Deus sit purus actus, nihilominus libere vult creaturas ab æterno, à qua libera volitione iam non potest cessare, ergo non repugnat libera voluntas Deo, etiam si ipse sit purus actus: quare oportet ostendere, cur potius respectu suæ bonitatis ei non competat libertas, quam respectu creaturarum.

Id vero bifariam demonstratur: primum quoniam in Dei bonitate reuelat omnis ratio bonitatis, ut neque in Deo, nec in exercitio diligendi ipsum, possit apparere ratio mali, sicut igitur hac ratione Beati videntes Deum ipsum diligunt necessario, ut videbimus 12. q. 4. artic. 4. sic etiam Deus seipsum diligit necessario. Deinde si Deus seipsum ab æterno non dilexisset, debuisset esse aliqua in ipso mutatio, hoc est, aliter in se esse debuisset, quam nunc est, nunc enim seipsum diligit; vel si Deus nunc non diligit se, & potuit ab æterno diligere, eodem modo debuit esse in ipso aliqua mutatio, ut ab æterno diligeret seipsum: intelligi enim non potest idem Deus eodem modo perueniens seipsum diligere, & non diligere: manens enim idem, eodem modo secum comparatur; sed in Deo non potest esse aliqua mutatio, ergo aut necessario se non diligit, aut necessario se diligit prius non est dicendum, est enim manifeste absurdum, ergo posterius asserendum est.

Quod si dicas, idem Deus manens idem omnino in se, nunc diligit creaturas, quas posset ab æterno manens idem non diligere, ergo & seipsum similiter. Respondeo saltem aliquam esse necessariam mutationem in rebus dilectis, ut Deus dicatur eas diligere, quas si non dilexisset, non essent eodem modo, nec eodem modo cum voluntate Dei compararentur, ut infra in hac disput. e. seq. explicabitur. Sed ut posset seipsum non diligere, quæ actu diligit, vel contra, ut posset se diligere, quem non diligeret, non sufficeret aliqua mutatio in alijs rebus, sed in ipsomet Deo deberet esse; est enim necessaria mutatio aut in re volita, aut in ipso volente; cum igitur Deus in dilectione suis sit res volita, & ipse volens, in ipso deberet esse mutatio.

6. Thom.

22

Creaturas de facto existentes necessario vult Deus ex suppositione.

6. Thom.

23

Caietan. obicit. S. Thomæ.

Ferrar.

ratio. Ceterum advertendam est; cum dicimus, Deum seipsum necesse fore, non libere diligere, per liberum intelligi id, quod indifferens aique est ad esse, & non esse: hoc dixerim propter Scotum, qui, cum nobiscum in re conveniat, & dicat Deum necessario se diligere, vult appellare hanc dilectionem liberam, hoc esse, voluntarium a principio cognitionis, de quo latius dicemus disputat. 161.

poss. Filium dei generari, de quo tamen ex pro-
fesso dicemus disp. 144.

C A P V T II.

*Voluntatem Dei necessario ferri in res possibles, libere ta-
men in res futuras probabilius est.*

E Govero existimo cum *Scoto* in 3. d. 32. q. *vnicia*
in principio, distinctione opus esse: aut enim
fermo est de amore simplicis complacentia tan-
tum, qui dici solet simplex affectus, & hoc amor
vult deesse omnes creaturas possibiles non libere,
sed necessario: aut loquimur de voluntate, & amo-
re efficaci, qui vult creaturis dare existentiam, &
eas producere; & hoc amore diligit creaturas pos-
sibiles non necessario, sed libere: ententiam hanc
videor mihi ex antiquis, & recentioribus Schola-
sticis colligere, eamque probabiliorum esse pau-
cis demonstrabo: docent igitur *Ricard.* in 1. d. 45.
art. 1. q. 5. ad ultimum, & *Dionys.* Carthus. q. 1. circa
finem, *Scotus* loco citato, & *Caietan.* infra q. 34. artic. 3.
ad 4. imaginaciones, respondens ad primum *Scoti*,
creaturas possibiles, quatenus possibiles sunt,
absque vilo ordine ad existentiam diligit a deo. Ex-
plicat autem *Scotus* hanc sententiam de amore
simplicis complacentia, de quo plane ceteri et-
iam intelligunt: eam vero plurimi ex schola S. Th.
cum cum *Caiet.* sequuntur: explicare autem pos-
sumus Doctorem sanctum, ut non loqueretur de
hoc amore simplicis complacentia; sed de amo-
re efficaci.

Id autem facile probatur, nam vt diximus fu-
ra q. 6. artic. 3. bonum, quod ponitur passio-
ens, & affectum mouere potest, sequitur essentia-
rum, non modo cum existentia coniunctas, sed
etiam possibiles, ergo voluntas non tantum po-
tuit velles existentes, sed etiam possibiles affe-
ctum simplicis complacentia: quolibet enim
secundum se placere potest voluntati, etiam si
futurum non sit, aut presens. Hanc vero volun-
tatem complacentia esse necessariam, licet id ex-
esse non dicant auctores citati, colligitur tamen
ex Cætan. qui docet hoc a modo creatu-
rum, atque essentia diuina simul procedere Spi-
ritum sanctum: quodsi amor libet esse, sine
bino non posset esse processio Spiritus sancti,
atenus ad creaturas refertur, quia Spiritus san-
ctus necessario procedit.

atione vero probatur, quoniam si Deus libe-
diligere creaturas posibles, posset ab æterno
diligere, et non diligere, sicut etiam futuras,
are si eas nunc ita diligere, vt posset ab æterno
diligere, posset esse aliqua variatio aut in ef-
ficia Dei, aut in rebus ipsis: nam duo extrema
dem modo se habentia non possunt esse fun-
damentum contradictoriarum denominationum,
les sunt diligere, et non diligere: at nulla va-
riatio excogitari potest nec in deo, nec in transfe-
re est, nec in ipsis rebus possibiliibus, quia eo-
modo semper necessario posibles sunt: er-
ratur dicendum est, eas necessario semper dili-
gere necessario semper non diligere, sed dici non
est, eas a deo necessario non diligere, cum ipsis
itas alia conueniat, vt prædictum est, qua
placere possunt: ergo voluntas dei necessa-
erit in ipsas quoad specificationem, et exem-
tum, quia non possunt displicere deo, tum
in, quia non possunt non apparere. Adde, quod
si Deus

Scotus.

Prior pars
sententia.

Posterior
pars.

Ricard.
Dionys.

Caribb.
Scotus.

Caietan.

rior part
obtain.

us neces-
io diligit

8

firmatis,

14

Creaturas
tantum fu-
turas à Deo
dilegi putant
aliqui.
Alexand.
Bonavent.
S. Thomas.
4

Palm. 117

Diect id
S. Thomas.

Feitax.

Confec-
tum posita
sententia.

si Deus posset velle ab aeterno, & non velle creaturas posibles, posset etiam in tempore incipere non velle, quod antea volebat, & hoc absque vlla in se, aut in ipsis rebus mutatione, quod inconstantiae non esset, siquidem id fieret absque vlla in Deo variatione, id autem nemo concedet.

Difficile obicitur.

Sed obijciunt aliqui hoc modo, prius natura, quam res sit futura, intelligitur Deus libere volens illam, quam sine vlla sui, aut ipsius creaturae mutatione posset non velle, ergo circa res posibles nulla in Deo, nec in rebus mutatione intellecta, possumus concipere in Deo velle, & non velle. Respondeo nunquam intelligi Deum velle futuras creaturas, nisi intellectus noster concipiat futuram saltem variationem: & tamen si difficile sit explicari, quare potius Deus sit causa huius, quam illius, quod sequenti disputatione explicabitur: nihilominus cum re ipsa futura est variatio aliqua in rebus, recte dicere possumus, Deum velle hoc, & non illud: at in rebus possibiliibus nulla prorsus variatio est.

Diffinitur.

Denique cum intelligimus, Deum velle rem fore absolute, & sic eum denominamus, simul intelligimus in eo ordinem ad id, quod re vera futurum est, quia nos nominare non possumus actum volendi sine respectu: & cum voluntatem dei ad diuersa referimus, mirum non est, si diuerso modo de illa loquamur, ergo cum eam referimus ad futuram, possumus dicere, deus vult fore: cum vero ad futurum non possumus referre, sed vere res intelligitur non futura, dicimus deum non velle: concepta igitur aliqua mutatione in obiectis necesse est, ut diuerso modo de voluntate dei loquamur; & cum circa possibilia nulla possit intelligi variatio, semper eodem modo de ea loquendum est.

Cum res posibles Deus necessario, non libere diligamus.

Rursus quaerit aliquis, cur dicamus, deum ferri amore complacentiae in creaturas necessario quoad exercitium, cum tamen voluntas humana hoc modo non necessario feratur, nisi in solum deum: sic enim videtur perfectior esse humana voluntas, quam diuina. Respondeo nihil esse imperfectioris diuinæ voluntatis, quod in creaturas eo modo necessario feratur, imo ex maxima eius perfectione provenit. Voluntas enim creata idcirco libere feratur, quia in exercitio sui actus inuenire potest rationem mali: at vero diuina voluntas, cum non habeat actum elicitum, sed deus seipso feratur per essentiam suam in obiecta, ea parte non potest libere quoad exercitium velle; tota igitur libertas ex obiecto debet provenire. Cumque in creaturis possibiliibus, quæ bonæ sunt, non possit ratio mali apparere, & earum bonitas secundum esse possibile necessaria sit, non possunt non ad essentiam dei, ut amantem referri, quia ex seipsis referuntur ad deum suapte natura, & non ex voluntate dei elicitæ: quæ autem suapte natura inuicem comparantur, & referuntur, non possunt non eodem modo semper comparari, nisi mutatione facta in aliquo illorum; talis autem variatio non potuit esse ab aeterno, sed eodem modo creaturæ cum deo, & deus cum illis comparantur: ergo si semel est volens, semper, & necessario est volens. Hinc etiam fit deum non esse suspensum, nec ab actu circa creaturas posibles omnino cessare.

Verum cum dicimus voluntatem dei necessario ferri in creaturas posibles, intelligendum est,

non solum de ipsis, quatenus existentes in deo dicuntur esse ipse deus (hoc enim solum esset voluntatem dei ferri in ipsum deum) sed intelligi debet de creaturis secundum esse, formale ipsarum, prout obiectivæ in deo esse dicuntur iuxta notata supra disputat. 70. & hæcenus de priori parte nostræ sententiæ.

Posterior vero pars, nempe voluntate efficaci creaturas libere diligere à deo, facile etiam probatur, quia diligere, aut velle hoc modo creaturas, nihil aliud est, quam velle eas aliquo modo producere, & esse existentia eis tribuere; sed nulla est necessitas, quæ deum moueat, ut creaturas producat: potuit enim nihil producere, sicut omnia semel producta destruere: & hoc amore voluntas libere feratur in creaturas. Atque hoc nullus est Catholicorum, qui neget: tamen si Wicleffus, ut retulimus supra disp. 70. capi. 1. dixerit, deum necessitate absoluta omnia fecisse, id quod nonnulli putant, sensisse Aristotelem: ad maiorem vero huius rei explanationem cap. sequenti quadam observanda sunt.

CAPVT III.

Notationes ad elucidationem doctrine superioris.

IN primis vero dubitatio quadam Caietani in articulo 3. circa solutionem 6, notari debet, ubi Sanctus Thomas docet scientiam dei necessarium ordinem habere ad obiecta cognita: voluntatem vero ad res volitas, non item: ex quo colligit, creaturas necessario à deo cognosci, sed non necessario amari. Est igitur difficultas Caietani huiusmodi: si loquatur S. doctor de creaturis tantum possibiliibus, sicut à deo necessario cognoscuntur notitia simplicis intelligentiæ, sic etiam necessario amantur simplici affectu, ut supra explicatum est. Si vero de creaturis futuris sermo sit, sicut non necessario diliguntur, sic etiam non necessario videntur, quia poterant non esse futuræ, & ita nec cognosci, nec amari.

Ut igitur Caietanus explicet sententiam Sancti Thomæ, asserit propositionem illam, *Quæcumque Deus sit, ex necessitate sit, si intelligatur de scientia simplicis intelligentiæ, esse in vniuersum veram, & de hac putat loqui S. Thom. quod ego quoque ita existimo.* Hæc itaque differentia est inter intellectum, & voluntatem, quod intellectus scientiæ simplicis intelligentiæ necessario intelligit creaturas posibles, sed voluntas non necessario eas vult. Subiungit deinde aliam differentiam inter scientiam, & voluntatem, & quidem subtilem, quia hoc ipso, quod obiectum scientiæ, ut verum supponitur, sine illud sit possibile, siue futurum, scientia dei necessario fertur in ipsum etiam ut futurum, nam quod verum est non potest non sciri: at supposito obiecto voluntatis diuinæ per intellectum, hoc est, bono aliquo, non necessario voluntas tendit in ipsum ut sit futurum, sed libere; & hoc modo voluntas dei res futuras respicit libere, quamvis scientia ad eas necessario referatur.

Quod si obieciat: sicut supposito, quod res sit futura, necessario cognoscitur, ut futura, sic etiam eadem facta supposito, sequitur necessario amari, ergo quoad res futuras non est vlla differentia scientiæ, & voluntatis: respondet ipse Caiet. adhuc esse discrimen: quoniam scientia, quam deus habet de futuris, supponit ipsa futura, tanquam obiectum.

obiectat voluntas, qua vult futura, non supponit rem ipsam secundum se bonam, ut Deus ei velit tribuere esse in aliquo tempore, ex quo sequitur, statim rem illam esse futuram.

Differentia hæc inter scientiam futurorum, & voluntatem eorundem subtilis, & verissima est, sed difficultati propostæ non satisfacit. Primum quoniam si verum est, ut Caiet. fatetur, voluntatem Dei circa possibilia etiam veritari, non satis ostendit, quomodo non diligantur necessario creaturæ possibiles simplici affectu, sicut necessario cognoscuntur. Deinde solutio difficilis est in opinione S. Th. ut enim diximus cap. 1. S. Doctor indicare videtur, voluntatem Dei non ferri ad creaturas sub esse possibili tantum, nisi ut faciat eas in tempore esse futuras, eo quod in eius sententia bonum non sit in rebus sub esse possibili tantum. Cum igitur aliqua scientia circa possibilia esse possit, nulla vero voluntas, ideo dixisse videtur res creatas necessario à deo sciri; sed non necessario amari: quia vero nos diximus iuxta communem etiam Thomistarum sententiam, res sub esse possibili necessario etiam à deo diligi affectu simplici complacentiæ, ideo dicere quoque debemus, scientiam, & voluntatem circa res ut possibiles, eodem prorsus modo se habere. At vero circa res ipsas futuras est manifesta differentia, quam Caiet. assignat.

Secundo notandum est, voluntatem Dei ita esse liberam ad volendum producere hanc, aut illam creaturam, ut non potuerit in tempore incipere velle, sed ab æterno: quare vero iam semel posita determinatione voluntatis ab æterno, non possit in tempore mutari, sicut homines suas voluntates mutare solent, dicemus art. 7. Porro eius libertatem ita debemus assignare, ut ex parte intellectus nihil peculiare præcedat, propter quod hoc potius, quam illud libere velit; sicut in nobis contingit: voluntas enim nostra in electione mediorum ad illud solum determinatur, quod ut melius ei proponitur, ut 1.2. quæst. 17. artic. 6. dicemus, & in propositione diuersorum finium, ad illum semper inclinatur, qui efficacius proponitur, ut ibidem videbimus & 1.2. quæst. 77. artic. 2. & infra in hac 1. part. disp. 98. c. 7. Diuinus vero intellectus itaque omnia deo proponit, sicut ipsa in se sunt, ut non possit non ostendere tanquam melius, quod reuera melius est. Quod vero attinet ad efficacitatem, eodem modo omnia proponit: nihilominus ex sola libertate super voluntatis eligere potest id, quod minus bonum est. Cuius vero, cum nos eligimus medium vnum, relicto alio, debemus eligere id, quod iudicio rationis, ut melius proponitur, non autem deus, dicitur q. illa 13. art. 6. in hoc sensu verum est id, quod docuit Hieronymus in summa art. 36. quæstio. 4. & quodlib. 8. quæstio. 1. videlicet voluntatem Dei non determinari ab eius scientia ad operandum, sed potius scientiam à voluntate.

Cum vero ait Ferrar. 1. contra gent. cap. 82. diuinam voluntatem determinari ab intellectu, non intelligit, ut potius hoc, quam illud velit: hæc enim determinatio tolleret omnino libertatem voluntatis, eo quod intellectus semper eodem modo obiecta proponit; sed quia voluntas nisi præcedente intellectione velle non potest, ideo dixit Ferrar. voluntatem ab intellectu determinari, nempe ad operandum, non tamen ad hoc potius, quam illud volendum.

Tertio addendum est, immerito reprehendi Scotum à Caietano, quod in 1. d. 39. q. unica §. luxta prædicta, dixerit primam causam contingentem esse diuinam voluntatem. Notat autem Caietanus eum modum loquendi, quia licet diuina voluntas sit libera, contingens tamen dici non debet, quia contingentia non solum significat indifferentiam ad esse, & non esse, sed etiam mutabilitatem, quæ in Deum conuenire non potest: id tamen non satis probat Caietan. Cum vero Scotus Dei voluntatem appellat contingentem, non ita vocat, quod in se possit esse, & non esse, sed quia potest velle, & non velle libere. An autem prima radix libertatis nostrarum operationum sit diuina voluntas dicemus disp. 100.

Addit Scotus, diuinam voluntatem prius naturæ, quam velit aliquid producere extra se, esse potentiam contradictionis, id quod reprehendit etiam Caietanus art. 7. huius quæstionis, eo quod potentia contradictionis non solum sit indifferens, sed etiam sit subiecta mutationi, quod Deo conuenire non potest. Ego vero puto potentiam contradictionis in eo sufficienter saluari, ut sit indifferens ad volendum, & non volendum: hæc enim est indifferentia ad vtrunque partem contradictionis. Quod vero Scotus considerat voluntatem diuinam prius naturæ, quam aliquid velit, consequenter loquitur in sua doctrina, qui sicut ponit in diuinis attributis distinctionem ex natura rei, ponit etiam ordinem prioris, & posterioris secundum naturam, quod tamen eadem ratione saluum est: prioritas enim hæc est realis, in Deum autem solum ordo rationis, sicut etiam sola rationis distinctio, præterquam inter personas, cadere potest.

Quarto de Dei voluntate ita philosophandum est, ut nunquam dicamus, respectu alicuius obiecti se habere mere negative; id quod existimo, non tantum de voluntate simplici, sed etiam de efficaci. Nam si res aliqua futura est, quæ non sit peccatum, Deus vult eam esse, eo quod illius est causa; si autem futura non est, Deus vult eam non esse. Quare si Deus alicui confert in tempore gratiam præuenientem, vult eam præuenire: si autem non confert, vult non præuenire. Circa peccatum vero in Deo est actus displicentiæ, quia non potest non displicere Deo id, quod est contra rationem: est etiam actus efficacis diuinæ voluntatis, quo Deus vult aliqua peccata non esse, ea nimirum, quæ in tempore ipse impedit.

Hanc vero sententiam aliqui probant ex eo, quod deus non est in potentia, ut velit: id enim manifeste repugnat eius perfectioni, quippe qui purus, & simplex omnino actus est. Hæc tamen ratio non est efficax, sicut enim potuit deus ab æterno habere actum positium, quo vellet Petrum producere, aut Angelum, ita & potuit illum ab æterno non habere, & hoc absque ulla in deo variatione, aut potentia, quæ actui puro repugnet: cur ergo eodem modo non potuit ab æterno manere suspensa eius voluntas circa res non futuras, ut neque vellet illas facere, neque vellet non facere: hæc enim actuum voluntatis diuersitas deo potest conuenire, absque ulla in ipso intrinseca mutatione, ut sequenti disputatione dicemus, sola variatione respectu rationis.

Ego vero alia ratione id ipsum demonstrabo, quam

Dei voluntatem prius naturam causam contingentem non malè vocat Scot. Caietan.

Dei voluntas prius quam se determinet, est in potentia contradictionis.

Voluntas Dei etiam efficitur ad nullum obiectum se habet negativè.

Ratio quædam.

Resoluitur.

*Essentia ratio
doctrina.*

*Circa rem
non futuram
non potest
Deus habere
se negatam.*

19

ex dictis in hoc cap. manifeste colligo. Nam si voluntas Dei negative se haberet, id esset circa ea, quæ nunquam facturus est: ea enim, quæ in tempore facturus est, ab æterno ipse decreuit, & voluit, etiam speciatim, & sigillatim ut disputat. 87. & disp. 99. ostendimus: circa ea autem, quæ futura non sunt, nequit voluntas Dei negative se habere, ergo circa nulla hoc modo manere potest. Porro circa non futura non posse ita se habere, patet: nam quodlibet non esse creaturæ cuiuscunque referri potest ad diuinam voluntatem, tamquam obiectum appetibile, ut paulo post dicitur, quod ipsa velle possit: ponamus igitur Deum velle rem aliquam non esse: deinde, ut dicatur negative se habere, opus est variationem aliquam intrinsecam intelligere aut in ipso Deo, aut in rebus non futuris: nam si eodem modo utraque permaneant, eodem modo inter se referentur: nulla autem mutatio esse potest, non in ipso Deo, ut manifestum est; non in ipsis reb. non futuris, quia non futura eodem modo semper sunt non futura, ergo semper eodem modo debent ad voluntatem diuinam referri, aut tanquam volita, aut tanquam non volita: & voluntas Dei semper debet dici, aut velle eas non fore, aut non velle fore: voluntas autem Dei circa non futura non necessario negative se debet habere, quia illud non esse, ut supra dicebamus, appetibile quoddam est, atque adeo voluntas Dei potest illud velle: ergo dicendum est, non futura à Deo volita esse non fore.

Doctrina hæc utilis admodum est, nobisque non mediocriter deseruiet in materia de prædestinatione, & reprobatione. Non est itaque libertas in Deo, sicut in nobis, in eo quod possit velle rem aliquam facere, & cessare ab omni actu circa illam, sed in eo tantum, quod possit velle facere, aut velle non facere. Huic autem doctrinæ non obstat, quod Deus in aliquo signo rationis ex se possit à nobis indifferens considerari, hoc enim fit, quando ut intelligatur volens, debet supponi aliqua ratio ex parte creaturæ: ut ad volendum beatitudinem nobis intelligitur indifferens, antequam opera præuideat, ut disp. 95. cap. 2. contra Scotum dicemus.

*Malum vel
non esse rei
sub qua ratione
Deo displicet
necessario,
vel placet.*

20

Ex hac eadem doctrina sequitur primum non esse alicuius rei secundum se, quatenus malum quoddam ipsius rei est, non placere Deo: si enim placeret, displiceret res, ex cuius displicentia non esse illius, quod est eius malum, placeret. Displicet igitur necessario sub hoc respectu ita, ut sub eodem non possit ad diuinam voluntatem referri, tanquam obiectum appetibile complacentiæ, & amoris: sed sub alia ratione placere potest, nec enim in ipso est omnis ratio mali. Nam in non esse alicuius rei, potest comparatione ad reliquum vniuersum, vel ad iusticiam, vel ad potentiam Dei aliqua boni ratio apparere, ob quam non tantum potest placere Deo simplici complacentia, sed etiam efficaci voluntate, quæ decernat rem illam non facere. Similiter, cum Deus alicui negat gratiam suam, aut gloriâ, non placet, ut malum quoddam ipsius est, quia sicut non displicet persona, sic nec malum illius, ut illius est, placet: sed placet sub alio respectu, sub quo etiam non potest non placere, quia scilicet ostenditur in eo potentia Dei, misericordia etiam in electos, vel alia ratione, ut disp. 95. c. 9. notabimus.

Deinde sequitur libertatem voluntatis Dei, non

esse in eo, ut possit sub eadem ratione aliquid odio habere, aut amare, & in hoc est necessitas quoad specificationem, quæ in nobis quoque circa quodcunque obiectum reperitur; idem enim quatenus idem, non potest odij, & amoris obiectum esse: neque libertatem Dei esse in eo, ut possit actu simplicis complacentiæ, aut displicentiæ amare, & non amare, odio habere, & ab odio cessare suspendendo actum, quæ est libertas quoad exercitium, quia quod odio habet, non potest non odio habere, & quod diligit simplici affectu, non potest non diligere, aliqua enim suspensio actus in Deum non cadit, ut supra monstrauimus. Est tamen libertas in Deo, & ea perfectissima, circa res creatas quoad exercitium voluntatis, & amoris efficacis hoc pacto, quia potest Deus velle Petrum producere & non velle producere, hoc est, habere actum amoris efficacis, & non habere illum, sed cessare. Hoc vero colligimus ex varietate obiectorum, non ex aliqua in Deo mutatione (etenim suspensionem actus negauimus supra, quoties nulla apparet varietas nec in rebus, nec in obiectis) nam eo ipso, quod res futura est, vel non futura, aliter ad Dei voluntatem refertur.

Est tamen obseruanda differentia inter nostram, & Dei voluntatem; in nobis namque ita est libertas quoad exercitium, ut possimus velle aliquid facere, & non velle cessando ab omni actu, ut non sit necessarium actu positum velle non facere: at Deus ita caret actu volendi rem aliquam facere, ut eo ipso positum velit eam non facere, ut prædictum est.

DISPUTATIO LXXX.

An velle liberum Dei sit aliquid in ipso formaliter.

Varia opiniones Scholasticorum. cap. 1.

Velle diuinum esse ipsammet essentiam Dei peculiari modo à nobis intellectam, & significatam, verior opinio est. cap. 2.

CAPVT I.

Varia opiniones Scholasticorum.

Cum omnis de Deo, & diuinis attributis disputatio ita difficilis sit ad intelligendum, multoque difficilior ad explicandum, ut iuxta Dionysium, & communem Patrum sententiam supra disp. 22. cap. 5. citatam, quid non sit Deus, facilius, quam quid sit, mente concipiamus, & verbis significemus: tum eam in primis, quam nunc examinandam proposui, per obsecram, & per difficilem semper existimaui, nam quamuis mens humana, quid non sit, certa ratione consequi valeat; tamen quid sit instilletur rerum humanarum, plene eloqui non potest. Tota vero questionis difficultas in eo est, quod cum Deus ita libere velit creaturas producere, ut poterit non velle, aliquis voluntatis actus in eo esse videtur, ac proinde aliqua perfectio, quæ non necessario, sed libere ei conueniat, quod statim absurdum apparet: contra vero si omnis voluntatis operatio immanens Deo necessario inest, sequitur aliud non minus falsum, nempe Deum necessario velle, quæcunque vult. In questione igitur proposita ipsa rei oppressa difficultate nonnulli recentiores Scholastici minus recte cum Caietano senserunt, quorum sententiam